HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sensum magis quam uerba ponentes; pollicebatur autem ananias prophetae ut tunc populo uidebatur. Non solum uasa sed et regem hieconiam reducendum esse hierusalem. et iugum regis babilonis conterendum. hoc est destruendum eius imperium. et hoc necdum completum futurum biennio. ut gaudii magnitudinem uicinum tempus repromissionis haberet.

Dixit hieremias prophetae ad ananiam prophetam in oculis sacerdotum et in oculis omnis populi qui stabant in domo dni; et ait hieremias prophetae. amen; sic faciat dns. suscitet dns uerba tua quae prophetasti ut referantur uasa de domo dni. et omnis transmigratio babilonis ad locum istum; optat fieri. quod pseudo prophetae mentitur; hoc enim significat amen. quo uerbo saepe dns abutitur in euangelio. amen dico uobis. et cupit pro rerum prosperitate magis illum quam se uenedicere. Unde et alius prophetae testatur dicens. Utinam non essem urbanus spm. et mendacium potius loquaerer; econtrario ionas contristatur. quare mentitus sit. et arguitur a dno ut alius prophetae esset mendacium. quam tante ruine multitudinis haec ne uideretur pseudo pphetae conprobare uaticinium. sub aliorum exemplo absq: iniuria mentientis adserit uertitatem.

Verum tamen audi uerbum hoc quod ego loquor in aurib: tuis et in aurib: uniuersi populi prophetae qui fuerunt ante me; et ecce ab initio prophetauerunt super terras multas et super regna magna de proelio et de adflictione et de fame prophetae quia uaticinatus est pacem cum uenerit uerbum eius. scietur propheta quem miserit dns in ueritate. Poterat hieremias ananiae dicere falsum loquaeris. decipis populum. non es pphetae sed pseudo prophetae; quod si dixisset poterat et pseudo prophetae in hieremiam eadem retorquaere. ego non feci iniuriam. et quasi ad prophetam loquitur. Non solum in quid ego sum prophetae et tu sed fuerunt ante me. et tres multi aliquorum fuit aesaias. osee. et iobel. et amos; et ceteri prophetauerunt. in quid contentus es tantas multas et regna non parua sed magna. Bellum illis et aduersa et rerum omnium penuriam nuntiantes. et econtrario fuerunt alii qui pacem pollicerentur et prosperitatem utrorumque; sententia non adulcione mendacii. sed rerum exitu conpbatur.